


Verschiedene Traur- und Trost-Schriefften Auff das ... Abscheiden Der ... Fr. Maria Elisabeth Heistermännin von Zielberg/ Gebuhrner Kielmännin von Kielmanseck/ Zu bezeugung Christlicher/ Hertzempfindlichster compassion und tragenden wahren Mitleidens gegen der seligst verstorbenen/ Hertzallerliebsten ... Herrn Johan Samuel Heisterman von Zielberg ... Abgefasset Und Zum Trost bey dessen überaus grossen Traur ... Von wol affectionirten Hertzen und guten Gönnern mit gebührender observantz überreicht

Schleßwig: Holwein, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766339378>

Druck Freier  Zugang







MUNIA
DEN

1783 21 Kuffen


Ac-12^{1-12.}
1-51 <R>









116







Verschiedene

Traur- und Trost-Schriften

Auff das zwar höchstbetrübliche / frühzeitige und unverhoffte /
jedoch allerseeligste Abscheiden

Der weyland Wolgeborenen Frauen /

Maria Elisabeth Heister-
männin von Zielberg / Geböhner Kielmännin
von Kielmanseck /

Zu bezeugung Christlicher / Herzkempfindlichster compassion und tragenden
wahren Mitleidens gegen der seligst verstorbenen / Herzhallerliebsten
Herrn /

Herrn Johan Samuel Heisterman von Zielberg /

Des Hochwürdigsten / Durchläuchtigsten Fürsten und Herrn /
Herrn Christian Albrechten / Erwehlten Bischoffen des Stiffs Lübeck / Erben
zu Norwegen / regierenden Herzogen zu Schleswig / Holstein / Stormarn und der Dithmarschen /
Graffen zu Oldenburg und Delmenhorst / zc. hochbetrauten gehelmtten Hoff- und
Cansley Rath / auch wolverdienten Stallern der Landen Eiderstedt /
Evershop und Uthholm / zc.

Abgefasset

Und

Zum Trost bey dessen überaus grossen Traur / da obgedachter Gottesfürchtigen
und bey Lebzeiten mit allen hohen Tugenden von dem Allmächtigen reichlich gezierten Damen, sei-
ner unvergesslichen Herzhallerliebsten verblichener Körper / in seine Ruh Cammer / zu erwartung der Freu-
denreichen Auferstehung und Zukunfft unsers eingigen Erlösers und Seligmachers J E S U Christi /
mit höchst- und hochansehnlicher Begleitung und Volkreicher Versammlung
beygesetzt worden /

Von wol affectionirten Herren und guten Gönnern
mit gebührender observanz überreicht



Gedruckt zu Schleswig in der Fürstl. Druckerey /

Durch Johan Holwein / An. 1665.



I. N. 7.

1.

Senn Adel/Zugend/Frömmigkeit/
Wenn Klagen/Thränen Herzeleid
Erhalten kont das Leben:
So war nicht da die todte Leich
Die man im salzen Thränen-Zeich
So traurig muß sehn schweben.

2.

Kan denn nicht werden abgewand
Durch Liebediese Parcen Hand/
Das feste Band muß brechen?
Nein; Nichts die Lieb hie endern kan
Nur weinen muß Herr Heisterman
Und kan die Hand nicht schwächen.

3.

Ich / wenn ich diesen Todes-Schmerz
Wie ihn empfind mein traurig Herz
Ben gleichen Todes Fäll
Kont wenden; würd diß Thränenleid
Bald enden sich zu Herzen Freud;
Wir würden uns gesellen.

4.

Der Seelen/die uns hie ergezt
Und nun in Himmels Freud gesetzt
Und unser Weinen lachet;
So muß man aber halten still
Demselben der thut was er wil
Und weißlich alles machet.

Was

5.
 Was Er uns selbst in dieser Welt
 Engeucht und uns hie vorenthält
 Das bleibet auffgehoben
 Im Himmel/ auff daß unser Sinn
 Gerichtet bleibe stetes hinn
 Zu unserm Schatz dort oben.

6.
 Kein ander Trost kein andre Freud
 Weiß ich bey solchem Traur-Abscheid
 Der Himmel muß uns trösten.
 Gott wird selbst Lieb und Freude sein
 Wenn Eh- und Vater Herz trägt Pein
 Wil Er uns sein am nechsten.

So wünschet auß mitleidendem traurigen Herzen
 in seinem einsamen hochbetrübten Wittwerstand/
 bey gleichem schwerem leid und Herzen Trau-
 rigkeit

M. Andreas Lonnerus,
 Eiderstädtischer Präpositus.

EPICÆ DION.

Στάζωρ.

Ecclēsiarum, Patriæque Protector,
 Decusq; nobilissimum: dolor cordis
 Tui dolorum grandines parit nobis,
 Dolente Patre Liberi dolent justè,
 Dum Tu gemis, questus madentibus flemus
 Hirquis: Caput luget, corpusq; marcessit.
 O si sagax salubre pharmacum pennas
 Lethi restringens præpetes reclusisset
 Natura! Terrarum cavas latebras, &
 Maris recessus, stirpiumq; scrutatum
 Dotes, fociosq; chymicos, & illustris
 Hermetis, aut Machaonis fores altas
 Islemus, atq; cornucopias auro
 Gemmisq; puriores congregassemus
 Essentiarum, queis affectuum robur
 Rétunderemus armis ceu, sed infelix

Ultra suas Natura non volat vires.
 Ditis potestas prævalet, cui nunquam.
 Excussa præda vi, fuga vel elapsa:
 Cymbam Chàrontis & morabitur nemo
 Nec cæca, surda curat Atropos dona
 Jocosq;, sed severa fila net vitæ.
 Exemptionis gratiam petunt multi,
 Pauci ferunt; Pax & quies datur nulli.
 Mittamus at nugas eas: & in cœlum
 Caput levemus: illic Arbitet regnat,
 Qui singulis parat dies, dies demit,
 Mensurat, atq; ponderat vias omnes,
 Malumq; tandem vertit in bonum solus.
 Sententiæ lubens subscribito latæ
 Ejusq; velle, velle sit Tuum, Præses
 O strenuissimos inter micans sidus.

A 2

Quæ

*Quæ causa sit divortii dicam
piorum Conjugum.*

O Admirandum JOVÆ scrutabile nulli
Judicium! Binos sacro foedere junctos
Et coalescentes massam ferventer in unam
Divelli, curis viduataparte relicta:
Illis, non aliis & idem contingere durum
Hoc sonat, & sanctæ vix explorabile menti:
Id fieri casu Gentes de stirpe Japeti
Senserunt falso. Vitæ moderatur habenas
καρδιόμος DEUS: ut jungit disjungit & unum
In duo diffindit: certis rationibus usus.

I. Turpis ut extaret monumentum, labis Adami,
Et vetiti pomi) ruffi morsusq; Draconis.
Hinc illæ lachrymæ: sævorum lerna malorum,
Et monstrum mortis depascens omnia morfu.
Heu fatum! Quæ majestas, quæ gloria primi,
Quæ fuit integritas hominis? Cui enthea rore
Vivifico molles conspererat aura medullas,
Induerat donis animum, corpusq; figuris
Alcimedontæa plus quam cælaverat arte.
At lacrumosorum Lapso funesta malorum
Incubuit moles, nivea spoliatus abolla
Incidit in Satanæ fauces, in retia mortis,
Plenus deformi scabie, fuligine plenus.
Hinc torpet, sorder, putrescit corpore vivo.
Et velut inflatus ventotum murmure pulvis
Disilic in vacuum: sic pulverulenta relapsat
Corporis humani boreali turbine massâ
In cineres agitata: Caro sic diffluit omnis.
Horum defuncta placeat meminisse marita,
O Vir Nobilium decus, ô venerabile fidus.

II. Ut, quàm ponderibus, mensuris, quàm numerisq;
Omnia subjaceant, pateat. Durabile non est,
Quicquid in excelsis, in terris, inq; profundis
Existit: rapido volvuntur sidera motu:
Fixæ dicuntur stellæ, sed sunt ubi fixæ?
Nulla quies astris, & sol duodena pererrat
Signa, vices servans nocturnas atq; diurnas.
Cœco luna recens obscuris surgit ab umbris
Vultu, conceptis radiis cornuta coruscat,
Ad summum veniens perfectâ luce triumphat,
At mox concubitu solis spoliata decenti
Exonerat sensim, velut indignata nitorem.
Sic metamorphoses hæc sublunaria crebræ
Cuncta manent, blattisq; cadunt obnoxia cuncta,
Unius interitus generans fit semen alius.
Consimilem subeunt humana negotia sortem:
Quæ stata sunt, non sunt: possessio cessio Fratres.

Propria

EPITAPHIUM

Piissimæ & Nobilissimæ Matronæ

HEISTERMANNIANÆ

Natæ

Ex Illustri Familiâ KIELMANNIANA.

Mortua hic jâcet

MATRONA NOBILISSIMA,

Quæ verè erat Nobilis,
tam Genere, quam Virtute nobilitata;

Genere,

tum quâ Filia erat Illustris Viri Dn. JOHANNIS ADOLPHI KIELMANNI à Kielmans Ect. Serenis. Hofsator. Ducis Præsidentis & Consiliarii intimi & eminentissimi, & ex Illustri Familiâ oriunda, tum qua conjux Viri Nobilissimi & Generosissimi Dn. JOHANNIS SAMUEL. HEISTERMANN. à Stehlberg / Ejusdem Serenis. Hofsator. Ducis Consiliarii & Præsfecti Eiderostadiensis dignissimi, & excellentissimi

Virtus

præsertim, & elegantissima, quibus præstabat animi dotes, nobilem eam fecerant, imò hisce seipsam beata Matrona nobilitarat; Insigni pietate DEUM venerata, probitate sua & virtute fortunæ par erat, & erga bonos benevole affecta.

Matrona,

benè quondam, erat generosa, tanquam Mater subditos amplexa, & ab his vicissim culta & dilecta; & hinc merito post fata certatim ab illis erit deplorata & nunquam satis laudata.

Quæ

Cum per pietatem dum viveret, Domino vixit, mortua adhuc Domino vivit, & quoniam virtute per vitam floruit, laus mortuæ in ore laudatorum nunquam morietur.

Et

Cum fide, dum vixit, moreretur peccatis, privata jam omni labe in SERVATORE quiescit, cumq; virtute viva mederetur multorum incommodis, mortua jam omnibus ærumnis orbata tranquilla jacet, & securæ mortui cineris vitam mox resurgentem meditatatur.

Hujus

Piissimæ memoriæ

MATRONÆ

nunquam non cum laude meminisse par est

Natæ

ex Illustri Stemmæ

Conjugis

*

Nobi-

*Nobilissimi & Generosissimi Viri.
Matronæ
Genere, Virtute, Pietate dum viveret.*

*Nobilissimæ
& hinc*

*Denatæ jam Beatissimæ, & seræ posteritati semper celebratissimæ ac laudatissimæ
Cujus*

*Defuncto cineri, ut hoc quicquid est supremi elogij longe infra laudem piissimè
Defunctæ positi ex devoto animo diceremus pietas & religio spaserunt.*

J. S.

U. J. D.



H Rgo hoc restabat post mœsta iterata meorum,
Funera, ut excideres Tu mea costa mihi?
Quondam sponsa virens nitidæ speciosa juventæ
Gloria, spes sobolis, delictumq; thori,
Gemma puellarum haud vulgaris, gemma mariti,
Spes, amor, ac pectus, cor columenq; meum,
Adstata in adversis, curarum dulce levamen,
Quam rubicunda æquant pondera nulla Tagi.
O spes fallaces! ideone ego tanta Chironis
Arma peto frustrâ, ut pharmaca nulla juvent?
Afferret secum totos Podalirius hortos
Nulla tamen gelidam tolleret herba necem?
O dilecta mihi, mihi Tu super omnia dulcis!
Quam miserè efflictim decubuisse fleo,
Siccine complorans tua clausi lumina, ut ipse
Vellem & non possem Te moriente mori?
Siccine Te cernens efflare spiritum in auras,
Auram haurire novam, vivere adhuc potui?
Et Te complexus, faciem, os, sine sanguine corpus,
Non madidus lachrymis totus oberro meis?
Dignus ego his crucibus, dignus qui indigna revolvâm,
Ad tantam pœnam hæc fata fuisse mihi.
Si non lucis amor, saltem patientia durum
Vindicet, & tristi in pectore vincat onus,
Frustra ad fortunæ culpam mala nostra ligamus
Cur doleat causas quilibet intus habet,
Sed vel ob hoc animo magis assurgamus in altum,
Ridentes Lachesis fila negata colo,

Et

Et quicquid miseræ possit contingere vitæ,
 Securi, nequeant quod meliora rapi,
 Vita invita mihi est, cum Tu mea costa recedis,
 Ut jam vix mecum vivere & esse velim.
 Et velut in bivio alternatâ mentè vacillo,
 Debita non semper certus agenda seqni.
 Effundi in planctus lachrymisq; aspergere tumbam
 Fas jubet & pietas, pax & amica thori;
 Sed verbo subnixâ fides mera gaudia suadet,
 Nec vult hic facilem planctibus esse locum,
 Tu mea, Tu portum subiisti certa salutis,
 Quicquid in æternum fas cupere, omnia habes,
 Non posthac subjecta dolis, objecta d'olori,
 Cuncta super cœli sidera salva vides.
 Nos miseri in mundo, sed rectâ imitabimur, ad Te
 Cum nos ex lite hâc fata suprema trahent,
 Hâc spe fretus ego mihi Te conturbor ademptam,
 Mox divam lætor proximam adesse Deo,
 Has pugnâs animi, diversos inter & æstus,
 Ut possum calum hunc, partem in utramq; fero.
 Interea sint hæc æterni signa doloris,
 Vel sola exsequiis debita justa tuis,
 Tuq; vale, rursusq; vale, dulcissima conjux,
 Est breve cum junget nos super astra DEUS.

*M. NICOLAUS LAMBERTI, Pastor
 Osterbeverensis in Eiderostadiâ.*

Albinus hanc redintegrando perficit
 Prosopopœian casui haudquaquam parem.

*
* *

SI quicquam Facerent tumulorum insignia letho,
 Si fomenta piis manibus ulla darent,
 Signa forent erecta tuo Maria sepulchro
 Mausoli impositis splendidiora rogo,
 Structa Semiramidis starent revidenda sepulta
 Surgere in Exsequiis Elisabetha tuis.

* 2

Si luctu

Si luctu lachrymisq³ queas à morte reduci
Ora mea assiduis Æthra rigaret aquis
Pleïonen peterem, teq³, ô veneranda Celeno,
Et Meropem atq³, Hyadum Pleïadumq³ choros,
Exsequia nihil ad manes, & flere beatos
Partem in se fatui non mediocris habet.
Quanam igitur solvam solennia, quodve Parental,
Aut iusta exsequiis Elisabetha tuis?
Si quid perdidderim subductaq³, commoda spectem,
Sunt nequaquam humeris illa ferenda meis,
Perdita spes sobolis, curarum dulce levamen,
Vite delictum, cor, columenq³ meum,
Singula sufficiunt lachrymis meditata citandis,
Cuncta simul, quæ non fletibus ora rigent?
Si verbo fundata fides tua commoda spectet,
Miror quid cordi triste subesse meo,
Angelicas inter mentes satiata triumphas,
Amplectens natos mater amata tuos,
Letitia repleta poli, gavisâ perenni
Gaudia in aeternum non peritura die.
Hic quid agam, later? trister? discordibus inde,
Hinc, mecum fidibus, non sine lite vagor.
Sed jam vota polo fatisq³, inimica relinquam,
Abjiciens carnis blanda cupita mea.
Atq³, Tuo exemplo, tam magni vulneris ictum
Constanti, ut possim, corde animoq³, feram,
Nupta vale, dilecta vale, vale Amasia dulcis,
Inscissa meo pectore ubiq³, Vale.

Johannes Albinus, Pastoris
Osterheverensis nepos.



Propria sunt omni sua, proprietarius autem
Nullibi, nam quæ sunt, sunt rellinqvenda relictis,
Non dat conjugii sociam, sed commodatufu,
Sic dat, & ut repetat DEUS, hoc violabile nulli
Erciscunda statu nobis res omnis in omni.
Ergo communi placidè Te subjice legi,
O Vir Nobilium decus, ô venerabile fidus.

III. Ut ceu flabello sopitos suscitaret ignes
Virtutum, discatq; pio clarescere nisu
Sectator fidei. Rebus bene stantibus atq;
Consiliis nostris ad vota fluentibus, ardor
Frigescit cultus, & fractus spiritus unco
Ense voluptatum coepit succumbere carni.
Hic opus est mediis, ne tristem trusus ad orcum
Jacturam vitæ faciat; rationibus ergo
Utendum doctis, ut sic revocetur ab umbris.
Non autem virgas iræ, sed fræna salutis
Altitonans adhibet: myrrhato mista propinat
Poela mero, morbis oculorum gaudia tollit.
Sic quasi calcari tactus, sic colla capistro
Ad mentem pressus redit, & suspiria fundit,
Subdere se moli, tranquillo vincere jactus
Pectore telorum discit. Sic integra res fit,
Ducit ad illustrem Te sic modò JOVA palæstram
Invictâ toleres demensos mente labores,
O Vir Nobilium decus, ô venerabile fidus.

IV. Ut fitis in nobis stimuletur anhela futuræ
Vitæ. Spes veræ nobis est facta salutis
In Christo, dextrâ quam quærere mente deceret
Omnes, atq; citis ad portum tendere velis.
At ceu parva rati per aquas Echeneis adhærens
Sistit iter: sic ad superas migrantibus auras
Obstat amor mundi, tum carnis cœca libido.
Ah damnum! quid delitiæ, quid gloria mundi,
Quid sunt divitiæ? ditis fallacia spectra,
Sunt umbræ, spinæ, Sirenes sunt & Hyænæ,
Ad spelæa malos rapientia monstra leonum;
Queis non attentis æternas itur ad umbras.
His ut præcaveat, dilecti gratia Patris,
Ex intempesti sinuosis fyribus œvi
Sanctorum mœstas animas ad cœlica tempe
Transfert eductas, & dulci nectare pascit,
Rellinqvens cineres cineri. Sed talia sunt,
Ut constet certas in cœlis esse paratas
Electis sedes, & eas indagine summa
Sectandas. Sic consilio celeberrime Præses,
Pignora Nobilium Flores, & sanguine claram
Illustri costam, svavissima corcula cordi
JOVA tuo cives roseo transcripsit Olympo,
Hic inter Satrapas semper viridante corolla

B

Exultan

Exultant cincti, reliquumq; Tuamq; sequelam
Expectant avidè clamantes vocefonanti:
Huc venias, venias, venias, suavissime conjunx,
Nostræ delitiæ, Lux, nostri Pignus amoris,
Hic datur alma quies, hic Florent roscida prata,
Mella fluunt, hic sunt solatia, gaudia, risus.
Hæc expendenti fiet in regione Beatùm
Portio sola Tibi, valeant vaga gaudia nauridi,
O Vir Nobilium decus, ô venerabile fidus.

Interea tristes atrâ caligine pressas
Mœstitiæ mentes Lucis Fons ille serenè
Spiritus, & foveat peracerbo vulnere læsas
Et vidui & Domini Generosi Præsidis ampli
Ordinis, & fletu defunctæ facta dolentum.
Sic sequimur nostros vivi, tandemq; sequemur
Defuncti nostros; viâ nam calcanda caducæ
Est carni Lethes, nec fit remeabilis ulli,
Nec semel absorptum didicerunt reddere fauces
Mortis; ad usq; diem, quâ buccina fera sonabit,
Atq; sub altari lacitantes præpete motu
Prodibunt animæ repetitum templa priora
Ex antris revocata suis, ac auspice Christo
Undiq; convenient, conjungenturq; flagranter
Incorruptibili vinclo, ducentq; triumphos.
Hac spelactato minuas suspiria corde.
O Vir Nobilium decus, ô venerabile fidus.

*Sic ex humili subjectione, debitâq;
observantia condolet*

Egidius Hojer, Pastor
in Welt-Eiderstadenfi.

Diff Gott! Wie müßet ihr so offte Herr Staller klagen?
Wie müßet Ihr so offte Euch selbst zu Grabe tragen?
Ich hab Euch zweymahl auffgesetzt ein Trost Gedicht/
Daß Ihs zum dritten ihu / ersodert meine Pflicht.
Ich denck wie Euch das Glück erhoben an die Zinnen/
Nach dem von Jugend auß uff Ehre zugewinnen
Durch Tugend vnde Kunst gesetzt Ihr ewren Sinn/
Dadurch Ihr / wie bekand / gekommen denn dahin
Das Ihr das Glückes Kind / ein Sohn der Pierinnen/
Des Fürsten weiser Khaet / ein Mann von klugen Sinnen/
Ein Edler Herr / Und das allein nicht von Geblüth
Geworden / sondern auch recht Edel von Gemüth.
Es ist ein grosses / daß der Dimmel Euch gegeben/
Das Ihr empfangen aus Vornehmen Stamm das Leben
Noch grösser ist / daß Ihr in ewren Lebends Lauff
Der Tugend nachgestrebt alsbald von Kindheit auff.
Ihr habt den Adelsstand / damit Euch Gott verehret/
Durch die Geschickligkeit verbessert und gemehret/

Ihr

Ihr habt nunmehr den Rhum: Ihr seid ein kluger Mann/
 Zu Krieg und Friedenszeit/ der klüglich rathen kann.
 Es heist woer Tugend ist/ da pfleget Gott zu lohnē:
 Diß siehet man an Euch/ und an den schönen Chronen/
 Damit ihr seid geziert. Gott/ Käyser/ Fürst und Brant
 Haben geordnet/ Euch / wie man es angeschaut.
 In dem Ich aber diß so bey mir überlege/
 Fält mir ein/ wie das Creutz auch wool zu drücken pflege
 Vornehme Leut; Gestalt Ihr uns ein Spiegel seid
 Dessen/ das auch des Creutz nicht schöne grosser Leut.
 Gott hätt Euch zweerte Söhn zur Freud und Lust gegeben/
 Er aber nam sie bald wieder aus diesem Leben.
 Hätt nun ihre Geburth Euch grosse Freud gebracht/
 Ich mein' / es haeb ihr Todt Euch Trawrens gnueg gemacht.
 Verzeiht mir / daß ich muß erfrischen ewre Wunden
 Doch Edler Herr / die ihr ob ihren Todt empfunden.
 O Weh! Als ich verhoffte/ die Wunde war geheilt/
 Da sah Ich Ewer Herz gleich in zwey Stück getheilt.
 Das Ein Stück hat die Erd / das ander hat der Himmel /
 Der Ewren besten Schatz auß diesem WeltGetümmel
 Zu sich genommen auff. Wie Euch zu muthe sey
 Ist mir nicht möglich andren zu bringen bey.
 Man sagt was man besitzt mit grosser Lieb in Freudē/
 Von den/ läßt man sich nicht ohn' Angst und Schmerzen scheiden/
 Je grösser auch die Lieb zu dem ist/ das man liebt/
 Je grössren Schmerzen das / wenn es verlohren/ gibt.
 Ist dem so / wie Ihm denn nicht anders? Ist kein Wunder
 Das Ewre Seel betrübt / das Herz nicht viel gesunder
 Als todkrank in dem Leib blutige Thränen weint/
 Weil ihr von ewrem Schatz müßt nun entfernet seyn/
 Es hätt Euch Gott der Herr begabt mit eine Fräwen/
 Ander nichts anders / als was rühmlich / war zu schawen/
 Sie war dem Stand nach Euch gleich Edel von Geburth/
 Sie war mit Gottesfurcht vnd Tugenden geziert.
 Sie kont' Euch Ihrem Schatz so unter Augen gehen/
 Wie ich es selbst haeb mit verwunderung gesehen.
 Wenn ewre Seele war von Ampts geschäften matt/
 Macht ihre Freundlichkeit und Lieb euch wieder satt.
 Sie war recht eine Fräw für Gott / für Reich vnd Armen.
 Gott liebt sie / derer / die in Noth / sich zu erbarmen
 War ihre Lust/ sie gieng mit Ihres gleichen so
 Umb/ daß auch männiglich ward ihres beyseins froh.
 Man rühmt ihr billich nach/ wie sie sich hab beflissen
 Der Demuth. Wer noch mehr von ihrem Lob wil wissen/
 Bedenck/ wie Häuslich sie sich stetes umbgesehn
 Uff ihrem Hoff/ auff daß alles mücht woel zugehn.
 Summa: Sie war ein Bild vnd Spiegel aller Tugend
 Und Keuscheit/ die daist die Ziererin der Jugend/
 Hätt Sie gleich als MARJ - auch ihren Creuzes theil/
 Sucht als Elisabeth in Gott sie Ruh und Weil.

In dem Doch Edler Herr an diesen schönen Gaben
 Ihr nun verhofftet Euch lange Zeit zu haben/
 Da kompt der liebe Gott und machts nach seinem Sinn/
 Er nimpt den theuren Schatz aus ewren Augen hinn.
 Ich halt/ wann hättet Ihr eh nicht das Creuz getragen/
 Diß Creuz waer viel zu schwer. Ihr müßtet stets beklagen
 Ewer Verlassen sein. Uff daß man aber seh/
 Das Ewer Eder. Sinn noch unbewegte steh/
 Bedenckt ihr wol/ daß Gott/ der Euch die Gaeb gegeben/
 Uff eine kurze Zeit/ zu sich aus diesem Leben
 Sie abgefodert hab! Sie ist nun in der Ahue.
 Döert/ wie so tröstlich sie sprech Ewrer Seelen zue :
 Mein Schatz/ was wollet ihr viel meinen Todt beklagen?
 Ich wärlich weiß von nichts/ als nur von Freud zu sagen.
 So lang Ich lebete bey Euch / war Gott mein Weil/
 Jes bin geworden Ich dem Lieben Gott zu theil.
 Wenn ich betrübet war bey unsrer Söhne sterben
 Gedacht Ich: Gott wird Mich mit Ihnen lassen erben
 Den Himmel. Nun bin Ich/ da meine Söhne sein.
 Durch Christus tewr Verdienst kompt Ihr eins zu Uns ein.
 Mit trawren haben wir uns hie zwar müssen scheiden/
 Doch werden Ewig wir beyammen sein in Freuden.
 In diesem Trost erträgt das/ was euch Gott gemacht
 Durch meinen Todt für Leid. Viel tausend guter Nacht.
 Vnd das ist/ daß ich bitt Doch Edler Herr / von Herren/
 Lasse diß/ was angeführe/ doch lindren ewre Schmerzen/
 Bedenckt daß Ihr Euch mit dem Gottes lämblein tragt/
 Vnd Jesum liebet/ wie ewr Adlich Wapen sagt.
 Kempffe als ein Rittersmann/ steht fest in ewrem Leide/
 Bleibt/ wie Ihr seid/ getrew Gott vnd dem Fürsten. Beide
 Werden drauff sein bedacht zu geben Euch den Lohn/
 Auff Erden grössre Gnaed / dorten des Himmels Chroen.

Zu bezeugung seines schuldigen Mitleidens/ auch selbst
 durch diesen Todts Fall empfundenen Leides über-
 gibt dieses in gebührender unterdienstlichkeit

Simon Pampus, Pastor
 der Kirchen zu Ording.

E St labor, expertus modò per sex lustra, docere,
 Ingenuè fateor, mystica verba DEI;
 Major at officii, Patrone oculissime, cura est
 Prætoris, Themidos dicere jura sacra.
 Cujus Tu patriæ columen, fulcrumq; verendum,
 Atq; tui generis Gloria, testis eris.
 Maxima sed luperaccedit, quæ corda fatigat
 Priva domus clades, causa caputq; oneris.

Præpri-

Præprimis conjux dulcissima portio vitæ
 Abripitur tristi si sicilice necis.
 Hæc ego dum tacitâ jam mecum mente voluto,
 Illius ut cecidit magna columna domûs!
 Ah! Heistermanni capitis speciosa Corona
 Decidit, extincta est lampas amœna viri!
 Quæ fuit Herôi nostro, dum fata sinebant,
 Sara, Rebecca, Rahel, Hanna, Susanna, Judith.
 Mens stupet abreptam tantâ virtute Maritam
 Cum pietate probam cum probitate piam.
 Ast non prolixis, multorum more, querelis
 Lugeo, nam terram deserit, astra colit.
 Et veluti cœlum præstantius esse putatur
 Terrâ, sic præstat conditione poli;
 Sunt ubi cœlicolis sua gaudia mille beatis
 A Domini vultu quæ sine fine fluunt.
 Hinc profuturâ nihil æera voce fatigo,
 Incola Syderei cum fiet usq; poli,
 Tantùm mi liceat lugere virum-viduumq;
 Mœstum, Qualis erit; Quisve futurus erit?
 Solus: Væ soli! Regum Sapia dicit,
 Rebus in adversis, stæte cadatve, miser.
 Nec dolor est major. Verbûm non amplius addam
 Solus is, inq; toro tristis erit viduo.
 Ergò qui patriæ prudens moderaris habenas,
 Pone modum lachrymis, atq; quiesce queri;
 Cujus enim toties luxisti funera honestè,
 Hanc præiisse scias, nec periisse putes.
 Et quia morte piâ sic facta est dia voluntas,
 Ceu Domino placuit; Sit benedicta TRIAS.

*Debita observantia & condolentia E.
 subjecit*

PETRUS ALBERTI,
 Past. in Oldenswort.

IN TUMULUM.

HOc tumulo MARIA ELISABETHA, recondita membrâ,
 Inq; Dei aspectu est, Spiritus ecce tuus!
 Summa Dei inter foemiellas tibi cura; nec ulla
 Seu pietate fuit, seu bonitate prior.

C

Hoc

Hoc duce jam subito, tua coelica regna petivit,
Cui, Anima, in terris tota dicata fuit.

P.

MARCUS GROTENIUS,
Eccles. Cotzenbull.

DUm charo cineri & præclara conjugis umbra
Perdus, & pernox æterni pignus amoris
Aeternas fundis lacrymas, GENEROSE DYNASTA,
Nec moerore gravi, MARIAM satiaris ELISAM
Deplorasse Tuam; tristem, quo carmine, mentem
Solabor? Quo ve alloquio sedare dolorem
Fas mihi? Num vatium quondam celeberrimus Orpheus
Strymonis ad gelidas magè flebat Thracius undas
Amisam Eurydicen? foetus Philomela peremptos
Num magis? Aut sociam viduatus compare luget
Turtur, quam procul incautam speculatus ab orno
Inmitis celeri jaculatus arundine arator?
Non sedet is viridi ramo, non cespite lato,
Nec vitrei dulcem bibit unquam fluminis undam;
Sed gemitu amissos tantum meditatur amores
Languidus, & moestis complet nemus omne querelis:
Sic quoq; Tu mentem, non consolabilis, agram,
Excrucians curis & gaudia lapsa recensens
Damna per, in luctus ruis ingeniosus acerba,
Nec tamen, heu! quicquam lacrymis lenire dolorem
Speras, quin planctu modò luctus pascitur ipso,
Pectore dum memori bona quæ perière, recenses.
TE MISERUM! Tibi quis, duro sub fasce labor
Lassam nunc animam mulcebit, & ignea curis
Pectora? Quis peregrè venientem junget amicis
Nexibus, & blandis aptabit colla lacertis?
Heu! Heu! Uxor abest! Uxor, cui secla ferebant
Aurea nulla parem, dignissima Nestoris annis.
Ceu te magna movent prælustris nomina fama,
Ceu solida pietatis opes, foecundaq; verà
Pectora virtute, & mores sine labe probati,
Ceuve oris species, digniq; hoc conjugis vultus.

Atqui


Atqui ò res hominum dubias! adeone voluptas
 Nulli unquam concessa fuit securâ; quin omne
 Temporis in punctum foetas temerare bonorum
 Spes audeat Lachesis, plerumq; incidere votum?
 Nempe, Tuâ stabili dum pro, devota, salute,
 Diva, indefessi facimus vota, & malè grata
 Lassamus passim largis altaria donis,
 Credimus atq; adeo tempus jamjam affore gratum,
 Quo vegeta, & tristi morborum tabe fugatâ,
 Dilectas repetas ades, dulcemq; maritum
 Tu media miseris in speq; metuq; relinquis,
 Et cadis ante diem; nil vota morantibus astris:
 O duro incisas fatorum adamante tabellas!
 O tetricas mortis leges! Num fortè nequibas
 Esse quod es, solita nisi, MORS, documenta dedisses
 Sævitiæ hæc quoq; dira tuæ, suetiq; furoris?
 Nil opera profunt, curaq; manusq; medentum,
 Nil cumulata juvant magnis altaria donis,
 Inq; dies aliquid tenero de corpore cedit
 Præpete crudelis donec cadis impete mortis
 Exos & exsanguis devicta, Tuumq; feretro
 Lugubri efferrî spectamus nobile funus.
 O Matronarum fulgens decus omne per ævum!
 Sed quid crudelis Duos, crudeliaq; astra
 Incussasse juvat? rupta num stamina vitæ
 Instaurant Parca? num quem fixere supremum
 Protulit, aut moriens prævertit homuncio finem?
 Subdita quin rigida sunt legibus omnia mortis,
 Nee placare datur cuiquam fera numina Lethes.
 Nil effecturis igitur, VIR SUMME- quid umbram
 Vexas dilectam lacrimis? Ah parcito manes
 Turbare innocuos, justum nimioq; dolori
 Pone modum: Sapienter onus portasse Polarcha
 Quod superimponit summus, Sapientia magna est.
 Hinc tolerare Deus quod vult, tolera, indole & altâ
 Vince malum, supraq; tuos exsurge dolores.
 Sic poscunt Pietas, rectæ rationis acumen;
 Et statio, quam te jussit fortuna tueri.
 Durum divelli? Fateor; sed durum avelli
 Abs, quo? Nonne Deo? Deus at si? proh quid homullus


Obstrepit, & calces pecors ad sidera mittit?
 Anne tibi dignum faceret pleno ore cachinnum
 Navita, si fragilem contorto fune phaselum
 Immoto celsa religasset vertice rupis
 Et plus quam Herculeo traheret retinacula nisu,
 Persuasus, rupem vulsâ radice moveri
 Ad se, dum potius rupem moveatur ad istam
 Ipse sequax: Eadem sancta ludibria menti
 Debemus miseri, nos lex aeterna ligavit
 Fatorum ad scopulos (Fatum est, Mens dia Tonantis)
 Frustra reluctando & luctando obnitimur illi.
 Nolentem raptant, sed ducunt fata sequentem.
 Adde, quod exiguum superest, ubi rursus Olympus
 Funget, sejunxit quos hic truculentia mortis.
 Interea Tu Diva novum decus addita coeli,
 Angelicos inter coetus, mentesq; beatas
 Ante Dei solium, qua gaudia mille, malorum
 Libera, degustas, securo & lumine rides,
 Quis torquentur humi mortalia pectora curis,
 Aeternum Salve atq; Vale! violisq; rosisq;
 Floreat usq; TIBI tumulus, nec desit amomum,
 Halet odoratis aeternum & mercibus urna.

In sinceræ condolentiæ submissâq; Reverentiæ
 signum hæc apposuit

M. JACOBUS SIGBERTUS,
 Minister verbi Divini in Oldensw.







ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-
m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereâ,
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert
i non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum
i, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,
se maximum, quod publico natus factusq; bono
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te
mihi

